

metu declarandi ponit cura, literarum cognitione non neglecta, ad quod ita afficiunt, ut nisi hac aliter occasione, fortasse nec ad alia posset adduci. Eorum quae ad fidem pertinet iuxta quaedam interrogationum formulas instructi reddunt rationem, nonnulli etiam sine illis. multi hoc anno confessi sunt, quod & saepe alias fecerunt, ex quo non parum cepimus laetitia, aliqui enim ita pure & discretè ~~confitentur~~ nec minimis quidem pretermissis confitentur, ut facile Christianorum liberos possit continere: quos etiam cum eos ut se ad hoc sacramentum prepararet, admonerem, tanta est, inquit, confessio- nis virtus, ut ea facta ad caelum magna velocitate velles uolare videamur. Si quis forte eorum ad aliquid, quod gentiles mores sapiat, aut corporis habitum aut sermone, aut quavis alia ratione se vel minimè applicet, continuo ab alijs & accusatur & diripitur. Quendam ex eis die dominica texcentem copiam cum reprehenderem, sequenti die ipsum ad scholam secum detulit, & coram omnibus, quod dominica text cepisset, concremavit: omnia itaque ad salutem spectantia sic norat, ut non possint ante domini tribunal ignorantiam pretendere. qui tam enim ad adultam peruenierint etate timemus, ne aut parentum voluntati consentientes, aut tumultu belli, quod saepe parari soletur fert, exorbitato, paceque inter ipsos & ignos rupta, ad pristinos mores reuertat.

Hac apud nos, Tarabatiba 2^o sexto ab hac milliaris, de qua superioribus feci mentionem, recto procedit in doctrina Christiana ordine, ubi bis etiam ad ecclesiam adfluit femina, & nonnulli etiam viri, inter quos non desunt, qui numerum dierum optime computantes, si forte in agrorum cultura occupati, adueniente sabbato relicto opere, petunt oppidum sequenti die missa solenni interfuturi. imò & alijs diebus, quibus carnum esu interdicitur, etiam ab oppido absentes abstinere, unde & quadragesimali tempore procul à fratribus constituti, cum alij vescerent carnibus, illi tamè Christianorum morum, quibus iam se dederunt, rationem afferentes iam vetitis se abis subtraxerunt.

Cum ad paschalem sollemnitatem celebrandam fratres, qui doctrina ipsorum curam gerunt, hic aliquot dies morantur, quadam annis moram opere feris bis ad ecclesiam populum conuocant, ubi unus praecceptoris & reliqui discipulorum munus obentes doctrinam Christianam suo ordine recitarunt: quo postquam deuenerunt fratres conquesti sunt, alius quod in magnis festiuitatibus desereret. Soli alius quod deesset qui eis dies observandos notos faceret, cuius rei ignorantia cum die festivo se in sylua labori dedidisset, cuius aculeis compunctus totus cactus est domum confugere.

versatur nunc apud eos Pater Ludouicus Ipsorum doctrina tota cura insudans, nec solum ibi, sed alio etiam in oppido 2^o inde milliaris fidei iaciens fundamata, hac frequenter uisitans, Tarabatiba 2^o manens, ubi nonnulli in fide satis instructi legitimo matrimony vinculo colligati sunt. Multi baptizant innocentes, ex quibus nonnulli migrant ad dominum. Pueris etiam docendis per alios praestatur cura. Haec sunt, quae se ex presenti trimestri obijciunt scribenda. Petimus pro domini amore, ut omnia ordinibus nostris fiat memoria, nullaque huius nationis apud hominum fratres nostros capiat oblitio. Piratimunga & domus Dini Pauli Societatis Jesu.

Minimus Societatis Jesu. Joseph